

Quellen zum Referat: Frauenklöster. „Hildegard von Bingen - Adel und Autorenschaft.“

Quelle 1:

TENXWINDIS MAGISTRA AD HILDEGARDEM

Hildegardi, magistre sponsarum Christi, T., magistra dicta sororum Anturnacensium, summis spiritibus quandoque coniungi in celestibus.

De sanctitatis uestre opinione celebris fama late peruolans
5 quedam mira et stupenda auribus nostris insonuit summeque religionis ac singularis propositi uestri excellentiam exiguitati nostre maxime commendauit. Multorum namque testimonio didicimus, de secretis celestibus plurima mortalibus intellectu

difficilia uobis per angelum diuinitus ad scribendum reuelari, et
10 queque uobis agenda non deliberatione humana, sed ipso edocente ordinari.

Aliud etiam quoddam insolitum de consuetudine uestra ad nos peruenit, uirgines uidelicet uestras festis diebus psallendo solutis crinibus in ecclesia stare, ipsasque pro ornamento candidis ac sericis uti uelaminibus pre longitudine superficiem terre
15 tangentibus, coronas etiam auro contextas capitibus earum desuper impositas et his utraque parte et retro cruces insertas, in fronte autem agni figuram decenter impressam, insuper et digitos earundem aureis decorari anulis, cum primus pastor
20 Ecclesie talibus in epistola sua contradicat, sic admonendo dicens: *Sint mulieres cum uerecundia se componentes, non in tortis crinibus, neque auro, neque margaritis aut ueste pretiosa.* Preterea, et quod his omnibus non minus mirandum nobis uidetur, in consortium uestrum genere tantum spectabiles et
25 ingenuas introducere, aliis uero ignobilibus et minus ditatis commansionem uestram penitus abnuere. Vnde nos plurimum obstupefacte sub magne dubitationis incertitudine titubamus, dum in animo tacite reuoluimus ipsum Dominum in primitiua Ecclesia pisces modicos et pauperes elegisse, ac beatum
30 Petrum conuersis postea ad fidem gentibus dixisse: *In ueritate comperi, quod non est personarum acceptor Deus*; uerborum insuper Apostoli non immemores ad Corinthios dicentis: *Non multi potentes, non multi nobiles, sed ignobilia et contemptibilia huius mundi elegit Deus.* Omnia quippe precedentium Patrum
35 instituta, quibus cunctos spirituales maxime informari condecet,

pro posse nostro perscrutantes subtilius, nil in eis tale quod reperimus.

Tanta namque, o sponsa Christi uenerabilis, consuetudinis uestre nouitas exiguitatis nostre modulum longe incomparabiliter excellit atque non modicam admirationem nobis incutit.
40 Igitur nos tantillule profectibus uestris debita dilectione intime congaudentes, de hac re tamen aliquid a uobis certius experiri cupientes, litterulas nostras sanctitati uestre placuit dirigere, humiliter ac deuotissime obsecrantes, quatenus cuius auctoritate
45 talis religio defendatur, dignitas uestra in proximo non dedignetur nobis rescribere. Valete, et in orationibus uestris memores nostri estote.

Übersetzung zu Quelle 1:

MEISTERIN TENGSWICH AN HILDEGARD

Hildegard, der Meisterin der Bräute Christi, wünscht Tengswich, genannt Meisterin der Andernacher Schwestern, sie möge dereinst im Himmel den höchsten Geistern zugesellt werden.

Der ehrenvolle Ruf vom Geruch Eures heiligen Lebens hat sich weithin verbreitet. Wunderbare, staunenswerte Dinge sind uns dabei zu Ohren gekommen. Das hat unserer bescheidene Person das Überragende Eurer Gottverbundenheit und einzigartigen Stellung zum Bewußtsein gebracht. Denn durch das Zeugnis vieler Menschen haben wir erfahren, daß Euch im Auftrag Gottes von einem Engel vieles über himmlische Geheimnisse enthüllt wurde, was für den Menschen schwer zu verstehen ist, damit Ihr es niederschreibt, und daß Ihr, nicht durch menschliche Überlegung, sondern von Gott selbst belehrt, zu Euerm Handeln veranlaßt werdet.

Auch von einem sonst nicht üblichen Brauch bei Euch drang etwas an unser Ohr: daß nämlich Eure Nonnen an Festtagen beim Psalmengesang mit herabwallendem Haar im Chore stehen und als Schmuck leuchtend weiße Seidenschleier tragen, deren Saum den Boden berührt. Auf dem Haupt haben sie goldgewirkte Kränze, in die auf beiden Seiten und hinten Kreuze und über der Stirne ein Bild des Lammes harmonisch eingeflochten sind. Auch sollen die Finger der Schwestern mit goldenen Ringen geschmückt sein. Dies alles, obgleich der erste [Völker-]Hirt der Kirche solches verbietet, da er mahnt und sagt: „Die Frauen sollen sich sittsam halten, nicht mit Haargeflecht und Gold und Perlen oder mit kostbarem Gewand [sich schmücken].

Außerdem - und das scheint uns nicht weniger merkwürdig -- gewährt Ihr nur Frauen aus angesehenem und adligem Geschlecht den Eintritt in Eure Gemeinschaft. Nichtadligen und weniger Bemittelten hingegen verweigert Ihr fast durchweg die Aufnahme in Eure Gemeinschaft. Auch darüber sind wir geradezu erstarrt und ratlos in der Unsicherheit starken Zweifels, da wir im Geiste schweigend überdenken, daß der Herr selbst für die entstehende Kirche unansehnliche und arme Fischer erwählt und der heilige Petrus den damals zum Glauben bekehrten Völkern gesagt hat: „In Wahrheit habe ich erfahren, daß bei Gott kein Ansehen der Person gilt. Auch haben wir die Worte des Apostels an die Korinther im Sinn: „Da sind nicht viele Mächtige, nicht viele Hochgeborene, nein, was töricht, was verächtlich ist im Urteil der Welt, hat Gott erwählt. Alle Anordnungen der früheren Väter, aus denen alle, namentlich die Menschen geistlichen Standes, sich unterrichten sollten, haben wir nach bestem Vermögen genau durchforscht und nichts Derartiges in ihnen gefunden. Denn eine solch große Neuerung im Brauchtum, verehrungswürdige Braut Christi, übersteigt bei weitem das Maß unserer bescheidenen Fassungskraft und hat in uns nicht geringe Verwunderung ausgelöst. Wir winzig Kleinen, die wir in der Euch schuldigen Liebe uns von Herzen über Eure Fortschritte mitfreuen, möchten in bezug auf diese Sache Genaueres von Euch erfahren. Es schien uns deshalb am besten, ein Schreiben an Eure Heiligkeit zu richten mit der demütigen und ergebenen Bitte, uns bald mitteilen zu wollen, auf wessen Autorität hin ein derartiger klösterlicher Brauch gerechtfertigt ist. Lebt wohl und seid in Euren Gebeten unser eingedenk.

Fragen zu Quelle 1:

- 1.) Welche Besonderheiten, die im Kloster von Hildegard bestehen, spricht Tengswich an?
- 2.) Worauf bezieht sich Tengswich in Ihrer Argumentation?
- 3.) Welchen Zweck beabsichtigt Tengswich mit dem Brief? Welche Absicht steht hinter dem Brief?

Quelle 2:

HILDEGARDIS AD CONGREGATIONEM MONIALIVM

Fons uiuus dicit: Mulier intra cubiculum lateat, ita quod magnam uerecundiam habeat, quia magna pericula horribilis lasciuie serpens in illam sufflauit. Quomodo? Forma mulieris fulminauit et radiauit in prima radice, in qua formatum est
5 hoc, in quo omnis creatura latet. Quomodo? In duabus partibus, scilicet in altera experte facture digiti Dei, et in altera superne pulchritudinis.

O quam mira res es, que in sole fundamentum posuisti et inde terram superasti! Vnde Paulus apostolus, qui in summa
10 uolauit et in terra tacuit, ita quod non reuelauit quod absconditum fuit: Mulier que subiacet uirili potestati mariti sui, illi coniuncta in prima costa, hec magnam uerecundiam habere debet, sic quod non debet dare aut reuelare preconium proprii uasculi uiri sub alienum locum, qui ad illam non pertinet. Et
15 hoc faciat in uerbo illo quod dominator terre dixit: *Quod Deus coniunxit, homo non separet*, in irrisione diaboli.

Audi: Terra sudat uiriditatem graminis, usque dum eam hiems superat. Et hiems aufert pulchritudinem illius floris, et illa tegit uiriditatem sui floris, deinceps non ualens se reuelare quasi
20 numquam aruerit, quia hiems illam abstulit. Ideo non debet mulier se in crinibus suis subleuare nec ornare, nec erigere in ulla sublimitate corone et auri ullius rei, nisi in uoluntate uiri sui, secundum quod illi in recta mensura placuerit.

Hec non pertinent ad uirginem; sed ipsa stat in simplicitate
25 et in integritate pulchri paradisi, qui numquam aridus apparebit, sed semper permanet in plena uiriditate floris uirge. Virgo non habet tegmen crinium uiriditatis sue in precepto, sed in propria uoluntate sua per summam humilitatem se tegit, quo-

niam homo pulchritudinem anime sue abscondet, ne accipiter
30 eam per superbiam rapiat.

Virgines coniuncte sunt in Spiritu Sancto sanctimonie et in aurora uirginitatis. Vnde decet illas peruenire ad summum sacerdotem sicut holocaustum Deo dedicatum. Quapropter decet per licentiam et per reuelationem in mystico spiramine digiti
35 Dei, quod uirgo candidam uestem induat, claram significationem desponsationis Christi, uidens quod intexte integritati mens eius solidetur, considerans etiam, quis ille sit cui coniuncta est, sicut scriptum est: *Habentes nomen eius et nomen Patris eius scriptum in frontibus suis*, et iterum: *Sequuntur Agnum quocumque ierit*.

Deus etiam habet scrutinium scrutationis in omni persona, ita quod minor ordo super superiorem non ascendat, sicut et Satanas et primus homo fecerunt, qui altius uolare uoluerunt quam positi sunt. Et quis homo congregat omnem gregem suum in unum stabulum, scilicet boues, asinos, oues, hedos, ita quod
45 non discrepant se? Ideo et discretio sit in hoc, ne diuersus populus in unum gregem congregatus in superbia elationis et in ignominia diuersitatis dissipetur, et precipue ne honestas morum ibi dirumpatur, cum se inuicem odio dilaniant, quando altior ordo super inferiorem cadit et quando inferior super altiorem
50 ascendit, quia Deus discernit populum in terra sicut et in celo, uidelicet etiam angelos, archangelos, thronos, dominationes, cherubim et seraphim discernens. Et hi omnes a Deo amantur, sed tamen equalia nomina non habent. Superbia amat principes et nobiles in persona elationis ipsorum, et iterum illos odit, cum
55 ipsam interimunt. Et scriptum est: *Deus potentes non abicit, cum et ipse sit potens*. Ipse autem personas non amat, sed opera que gustum habent in illo, sicut Filius Dei dicit: *Meus cibus est ut faciam uoluntatem Patris mei*. Vbi humilitas est, ibi Christus semper epulatur. Et ideo necesse est ut illi homines discernantur,
60 qui plus uanum honorem quam humilitatem appetunt, cum hec uident que illis superiora sunt. Morbida etiam ouis abiciatur, ne totus grex contaminetur.

Deus bonum intellectum hominibus infundit, ne nomen ipsorum deleatur. Bonum enim est, ne homo montem apprehendat,
65 quem mouere non poterit, sed in ualle subsistat, paulatim discens quod capere potest.

Hec dicta sunt a uiuente lumine et non ab homine. Qui audit, uideat, et credat unde sint.

Übersetzung zu Quelle 2:

HILDEGARD AN MEISTERIN TENGSWICH

Der lebendige Quell spricht: Das Weib halte sich mit großem Zartgefühl verborgen in seinem Gemach. Denn große Gefahren schrecklicher Ausschweifung hat die Schlange dem ersten Weibe eingeblasen. Inwiefern? Die Urform des Weibes blitzte und strahlte in der ersten Wurzel, in der schon [keimhaft] das gestaltet liegt, worin verborgen jedes Geschöpf [vorgezeichnet] ist. Wieso? In zweifacher Hinsicht: einerseits im Hinblick auf das, wozu sie durch den Finger Gottes geschaffen ist; anderseits im Hinblick auf ihre gnadenhafte Schönheit.

Was ist es doch Wunderbares um dich, Frau, die du in die Sonne dein Fundament verlegst und die Erde überwindest! Daher sagt Paulus, der Apostel, der zum Höchsten emporflog und auf Erden schwieg, um nicht zu enthüllen, was verborgen war: Das Weib, das der männlichen Gewalt ihres Ehegatten unterworfen und ihm in der ersten Rippe [Eva] verbunden ist, muß große Schamhaftigkeit besitzen. Sie darf die Ehre des Gefäßes, das sie ihm zu eigen gegeben hat, nicht an fremder Stelle, wo es ihr nicht zukommt, darbieten und enthüllen. So verhalte sie sich auf Grund des Wortes, das der Herrscher der Erde - dem Teufel zum Hohn - gesprochen: „Was Gott verbunden hat, soll der Mensch nicht trennen.

Höre! Die Erde läßt das grünende Gras sprossen, bis der Winter über sie kommt und ihr die Schönheit des Blühens nimmt. Diese kann sich fürder nicht mehr so offenbaren, als wenn sie niemals verwelkt wäre. Denn der Winter hat sie hinweggerafft.

Daher soll auch das Weib sich mit seinen Haaren nicht großtun, sich nicht schmücken noch hervortun durch irgendwelche Kostbarkeit von Krone und Goldschmuck, außer nach dem Willen ihres Mannes, damit sie ihm gefällt, wie es sich gebührt.

Das alles gilt nicht für die Jungfrau. Diese steht vielmehr in Einfalt und Unversehrtheit wie im schönen Paradies, das nie verdorrt dastehen wird, sondern immer in der vollen grünenden Kraft ihrer Blüte, die dem Reis [Christus] entsprang. Für die Jungfrau besteht nicht die Vorschrift, die Schönheit ihres Haares zu bedecken, sondern aus eigenem freien Willen verhüllt sie in tiefster Demut ihr Haupt. Denn der Mensch soll seine Seelenschönheit verbergen, damit der Habicht des Hochmutes sie nicht raubt. Die Jungfrauen sind im Heiligen Geiste der Heiligkeit vermählt und der Morgenröte der Jungfräulichkeit. Daher sollen sie sich dem Hohenpriester nahen wie ein Gott geweihtes Brandopfer. Deshalb steht es der Jungfrau zu, ein leuchtend weißes Gewand anzulegen - kraft der Ermächtigung und Offenbarung durch den geheimnisvollen Anhauch dessen, der der „Finger Gottes“ heißt. Es ist die klare Hindeutung auf ihre Vermählung mit Christus.

Doch soll sie darauf schauen, daß ihr Geist durch Unversehrtheit gefestigt werde, im Gedenken daran, wer der ist, dem sie vermählt ist, wie geschrieben steht: „Sie tragen Seinen Namen und den Seines Vaters auf ihrer Stirne geschrieben, und weiter: „Sie folgen dem Lamme, wohin immer es geht. Die Untersuchung [über die Standesunterschiede] steht bei Gott. Er hat acht, daß der geringere Stand sich nicht über den höheren erhebe, wie Satan und der erste Mensch getan, da sie höher fliegen wollten, als sie gestellt waren. Welcher Mensch sammelt seine ganze Herde in einen einzigen Stall, Ochsen, Esel, Schafe, Böcke, ohne daß sie auseinanderlaufen? Darum soll man auch hier den Unterschied wahren, damit nicht die, die aus verschiedenen Volksschichten kommen, wenn sie zu einer Herde zusammengeschlossen würden, in stolzer Überheblichkeit, beschämt über die Standesunterschiede, auseinandergesprent werden. Vor allem aber damit, wenn sie sich in gegenseitigem Haß zerfleischen - indem der höhere Stand über den geringeren herfällt und der niedere sich über den höheren stellt -, die Standesehre nicht verletzt werde.

Denn Gott hat dem Volk auf Erden Unterschiede gesetzt, wie Er auch im Himmel Engel, Erzengel, Throne, Herrschaften, Cherubim und Seraphim gesondert hat. Sie alle werden von Gott geliebt und haben doch nicht die gleichen Namen. Dem Stolz sind die Fürsten und Adligen als Personen von hohem Rang lieb, werden ihm aber verhaßt, wenn sie ihm den Garaus machen. So steht es geschrieben: „Gott verwirft nicht die Machthaber, da Er selbst der Machthaber ist. Doch liebt Er nicht die Personen nach ihrem Ansehen sondern die Werke, die nach Ihm schmecken, wie der Sohn Gottes sagt: „Meine Speise ist es, den Willen des Vaters zu tun. Wo Demut ist, da hält

Christus allzeit Gastmahl. Daher ist es notwendig, die Menschen danach zu sondern, ob sie mehr nach eitler Ehre als nach Demut trachten, da sie nach dem ausschauen, was höher ist als sie. Auch muß man das kranke Schaf wegschaffen damit nicht die ganze Herde angesteckt wird (Benediktusregel, Kap. 28). Gott gieße den Menschen die rechte Einsicht ein, damit ihr Name nicht ausgetilgt werde. Denn es ist gut, daß der Mensch sich eines Berges nicht zu bemächtigen sucht, den er nicht von der Stelle rücken kann, sondern er verharre im Tal und begreife allmählich, was er leisten kann. So spricht das Lebendige Licht und nicht ein Mensch. Wer es hört, der schaue und glaube, woher es ist.

Fragen zu Quelle 2:

- 1.) *Was für ein Bild der Frauen zeigt Hildegard auf?*
- 2.) *Was für ein Bild der Jungfrauen zeigt Hildegard auf?*
- 3.) *Welches Gesellschaftsbild zeigt sich in Hildegards Brief? Welche Argumente bringt Sie dafür an?*
- 4.) *Welche formalen Unterschiede weisen die beiden Briefe auf?*

Quellen aus: Hildegardis Bingensis Epistolarum. Hg. von Lieven von Acker (CCCM191) Pars Prima, Turnhout 1991, Ep. 52 u. 52R, S. 125-130.

